



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Pauperes.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

132 Pars secunda de elevatione
quas devoravit, evomet, & de ventre illius ex-
trahet eas Deus. Job. 20. Popule meus, quite
beatum dixerunt (adulantes & te confirmantes
in amore terrenorum) ipsi te decipiunt, & viam
gressuum tuorum dissipant. Il. 3. Duo rogavit,
ne deneges mihi, antequam moriar. Vanitatem
& mendacia longè fac à me, mendicitatem & di-
vitiis nè dederis mihi, ne fortè satiatus illicit
adnegandum, & dicam: quis est Dominus? aut
egestate compulsus furer, & perjurem nomen Dei
mei. Prov. 30. Moderata fortuna optima &
constantissima,

Pauperes.

Etiam proximo suo [consanguineo] pauper
odiosus erit, amici verò divitum multi. Prov.
14. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.
Luc. 16. Fœneratur Domino, qui miseretur pau-
peris. Prov. 19. Et hinc Beatus qui intelligit su-
per egenum & pauperem, in die mala liberabit
eum Dominus. Prov. 40. Et bene Poëta:

Munera ne numeras, miseris quæcunque de-
disti,

In cælis numerat munerat ipse Deus.

Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum sal-
vas faciet. Pl. 71. Nè avertatur humilis factus
confusus, pauper & inops laudabunt nomen tuum.
Pl. 73. Tibi derelictus est pauper, & orphanotus
eris adjutor. Pl. 9. Nonne Deus elegit pauperes
in hoc mundo divites in fide & hæredes regni, quod
repromisit Deus diligentibus se. Vos autem exhor-
norastis

norastis pauperem. Jac. 2. Iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam. Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat, de stercore elevat pauperem. 1. Reg. 2. Ex Opilione Davide facit Regem. Superexaltat misericordia iudicium. Jac. 2. Hoc est, supra iudicium se exaltat & elidit ejus rigorem è manu Judicis, quasi virgam & flagellum extorquens, unde Syrus vertit: Exaltati estis per misericordias supra iudicium.

Infirmi, leprosi, sardi, claudi, caci.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus, universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus. Ps. 40. Caci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt. Luc. 7. Vir plenus leprà rogavit eum dicens: Domine, si vis, potes me mundare, & extendens manum tetigit eum dicens: volo mundare. Luc. 5. Lepra pessima est peccatum, à qua mundari debes per Sacramentum Confessionis. Caci sunt, & duces cacorum. Cacus autem si caco ducatum praestet, ambo in foveam cadunt. Matth. 15. Liberet te Deus à malis instructoribus. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio (immissa cæcitas) probaret te. Tob. 12. Ergo non alia ad cælum via, quàm per cruces. Surde & mute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introcas in eum. Marc. 9. Pessimus est Diabolus, qui instigat ad non audien-
F 7 dum